

V^c
626





Vc
626

Q. XIV, 7.

De

FRIDERICORUM,
AUGUSTORUM

SAXONUM,

Nominibus & Ominibus

Fatalibus,

SUB PRÆSIDIO

GEORGI CASPARIS

KIRCHMAJERI,

Academ. Senioris, Orat. Prof. Publ.

IN ELECT. ACAD. WITTENBERG.

AUDITORIO MAJORI

Publicè differet

Ad Diem Julii, Anno clc lcc XCIV.

HENR. ADOLPHUS de RABENAU,

Eqves Lusatius.

WITTENBERGÆ, Prælò CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.



SERENISSIMO atqve POTENTISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO AUGUSTO

Saxoniae, Juliae, Cliviae, Montium, ut &
Angriae ac Westphaliae Duci, Sacri Im-
perii Rom. Germ. Archi - Mareschallo
ac Electori, Landgravio Thuringiae,
Marchioni Misniae, Superioris item &
Inferioris Lusatiae, Burggravio Magde-
burgensi, Principali dignitate Comiti Hen-
nebergico, Comiti item Marcano, Ravens-
bergenfi & Barbyensi, Domino in
Ravenstein,

Principi ac Domino suo Clementissimo,

Dissertationem hancce
devotissima subiectione
confecrat
HENRICUS ADOLPHUS DE RABENAU.





I. N. F.

DE

FRIDERICORUM AUGUSTOR. SAXONUM

Nominibus & Ominibus Fatalibus.

§. I.



Atalia HEROUM aliquot SAXONICOR. Nomina & Omina expositurus Dissertatione Academica, initio, quid per *fatale* hic intelligam? monendum duxi. Solet (1) accipi pro eo, quod

aducit mortem, infelicem exitum, insuperabilemve casum alium. A nostro alienus est proposito significatus hic. Sic fatalis globus, ensis, pugio, morbus, lectulus, fatale poculum cicutæ dicitur. Ad illam mentem l. 3. ff. de instr. vel instrum. in Lex. *Papinianus* à *Calvino* allegatur. Rectius (2) spacium temporis legalis, neque temerè violandi, audit terminus fatalis anni, diei, horæ; intra quod

A 2

im-

✿ (4.) ✿

imponitur litigiosæ causæ fatum, sive finis. Ad hunc sensum *Appellationis* etiam legitimum fatale est. (3) Fatale *casuali*, & *fortuito* opponitur; *πρῶσι μαρμένον* *Græcis*; *Gallis* chose, qui doit venir par nécessité, ou ordonnance de Dieu; *Ital.* che viene per ordine divino. Hoc modo *Physici* ac *Metaphysici*, dum ad efficientem causam *Casum* referunt & *Fortunam*, & causis per se, aut ex intentione operantibus contradistingunt; aut cum de attributo Entis, *Necessario* & *Contingente*, agunt, asserunt fatalem ordinem causarum à se dependentium. Horumque alii vel *sano sensu*, ut libertas Numinis & hominis in salvo persistet; vel *incommodo* & parùm *sobrio*, ut eadem tollatur, statuunt *fatalitatem*, (*σοινώτεροι* *Chrysippo Fatalista*,) inter divina, naturalia & civilia discrimen negligentes, Fallor? an in horum (ne adducam plures,) classe *Seneca?* qui lib. 1. *Quæst. Nat.* c. 36. scribit: *Quid intelligis per fatum? existimo*, respondet, *necessitatem esse, rerum omnium actionumq̄, quam vis nulla rumpat.* *Hanc si sacrificiis & capite agna nivea exorari judicas, divina non nôsti.* *Christianus Lucianus* literis transpositis, *Calvinus* lib. 3. *Instit.* c. 23. §. 8. & 9. Cadere hominem, Dei providentiâ sic ordinante, & EVADERE NON POSSE PECCANDI NECESSITATEM, quàm, DEI
ORDI-

ORDINATIONE, EXITIO DESTINATUM.

Quæ ipsissima illius verba sunt, *Plutarch.* duriora; qui de Fato ex *Platonis Phædro* sic philosophatur: Λόγον Θεῖον ἀπορίβρατον δ' αἰτίαν ἀνεμπόδιστον. Ex seqviore ævo *Samuel Retorfortis*, Ecclesiæ *An-uvetens.* in *Gallovidia Scotia* provincia Præsul, Exerc. 2. Apolog. c. 2. & de Divina Provid. duriora, quàm probavit *Vossius πολυμαθέςατος*, subjecit publico. *Decreta Dei* (scribit lib. 2. part. 1. de Idolatr. Gentil. c. 50. extr.) Ἔ' voluntas hominum ὑπάλληλα. Nec enim, addit *Vossius*, quam Deus libertatem dedit, ullo ejus tollitur decreto. Stoicus *Chrysippus* ait: Dei providentiam, seu præscientiam nullam rebus nostris, sive actionibus, inferre necessitatem; sed per naturam homines alios aliter factos, ideòque ad bona, aut mala inclinari. Causas tamen illas primas ἔ' insitas temperari, aut flecti posse leviter à voluntate. Liberè fatebimur: Portentum est, decretum Dei illud absolutum, à quo etiam abhorruit *Chrysippus*; quo invalescente, inciduntur nervi omnes, omnis liberi mortalium arbitrii, in civilibus imprimis actiones. Cum Numinis voluntas alia κατ' εὐδοσίαν, alia κατὰ συγχώρησιν existat. Sed enim secretiori hæc Senatui τῶν Θεολογῶμένων reservantor.



(6.)

§. II. Si de *Fato* ipso aliquid adjiciendum sit, ducemus breviores lineas. Respectu etymii, à *fando*, hoc à *Φάω*, dico; unde *Φάω* mendax, *Φάω* fama, derivatur. An sit admittendum *Christiano Fatum*? si quaeratur, respondebit *Augustinus*, V. de Civ. D. c. 1. & 9. *Nulla fieri fato dicimus; quoniam fati nomen, ut solet poni à loquentibus, (i. e. in constitutione siderum, quâ quisque natus est,) quoniam res ipsa inaniter asseritur, nihil valere monstramus.* Idem alibi, *Tractat. 37. in Johannem: Si cor tuum non esset fatuum, non crederes fatum.* Et *Gregor. Magnus* Homil. X. in Evangelia: *Absit, ait, à fidelium cordibus, ut fatum dicant esse aliquid.* Sed propter fati *Stoici, & Chaldaeorum* veterum fatuitatem, *Fatum* penitus negare, fatuum. Sciendum igitur, ab *Augustino* (quidni & *Gregorio*?) non *Theologicum & Physicum*, quo sua homini relinquitur voluntas, sed *Chaldeo-Arabicum, & Stoicum* damnari. Ad quem sensum *Albumasar Arabs* statuit: *Si quis conjunctâ Jovi Lunâ, in Draconis capite, supplicaverit Numini, eum, quicquid petierit à Deo, certissime impetraturum.* Vid. plures generis illius flosculos ap. *Scottum* in *Phys. Curios.* l. 12. c. 8. pag. 1558. Et de *Machometanis*, post *Bartholomeum Georgevitz.*

Uvitz. epitom. de Turcar. moribus, p. 46. Philipp.
 Carol. ad Gell. animadvers. l. 5. c. 10. p. 300. Hinc
 Augustino fatum rectè dicitur voluntas Dei. Vide
 igitur, quid sibi velit Fatum?

§. III. Ex sententia Platonis Apulejus Fatum
 esse, inquit, per quod inevitabiles cogitationes &
 incepta Numinis complentur. Seneca (quo ne-
 mo in hac causa σοιμβρερος,) 2. Quæst. Nat. c. 45.
causarum causa fatum est, ex qua suspensa omnia.
 Disertius rem explicat, sed simul implicat seqq.
Vis illum (Deum puta) fatum vocare? non erra-
bis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia. Vis
illum Providentiam? rectè dices: est enim, cujus
consilio huic mundo providetur, ut inconcussus eat,
& actus suos explicet. Vis Naturam vocare?
non peccabis. Est enim, ex quo nata sunt omnia;
cujus spiritu vivimus. Vis Mundum? ipse enim
est totum, quod vides; totus suis partibus inditus,
& se sustinens, vi suâ. Idem lib. 4. de Benef. c. 7.
Officium si quod à Seneca accepisses, scribit, Annao
te diceres debere, vel Lucio: non creditorem mu-
tares, sed nomen. Quoniam sive prænomen ejus,
sive nomen dixisses, sive cognomen; idem tamen
ille esset. Sic hunc Naturam voca, fatum, fortu-
nam; omnia ejusdem Dei nomina sunt, variè u-
tentis suâ potestate. Qui de Fato prolixissimè
 philo-

philosophatur *Retorfortis* c. X. l. c. qv. 99. è *Comite Mirandulano* fatum quadruplex recenlet, *Naturale, Stoicum, Astrologicum, & Christianum*. Primum rejicit; in secundo *Stoicos* excusat; tertium cum Patribus accusat; quartum triplici dispescit modo, & *activum Fatum Deum* nominat. Quàm rectè? vid. in *Syst. Theol.* Tom. 3. Artic. 6. c. 2. qv. 3. *Calovius* ὁ παναείτης. Nobis vana illa & profana dictu, Deum ipsum esse *Fatum, Naturam* seu complexionem rerum creatarum, *Mundumq;* totum suis involutum partibus. &c. Quidni etiam τὴν ὕλην, aut *materiam* Peripateticorum *primam*, cum Scholasticis *Spinoza* fingat temerè? De *Fato* solo addimus significationes varias: dum jam *pro serie causarum* naturalium perpetua, jam pro *Oraculo* (unde & *fatales Sibyllarum* libri in vita *Cesaris* ap. *Tranquill.* audiunt,) jam pro *casu & calamitate*, jam pro *morte* solet accipi. Adduceremus loca plurima, si brevitatis permitteret; videnda in *Romano Foro* interim, hoc nomine. Nos *Nomina & Omina SAXONICORUM FRIDERICORUM AUGUSTORUM* contemplabimur.

§. IV. Nec tamen JOHANN-GEORGIORUM, ELECTORUM gloriosæ recordationis, Serenissimorum Nomina prætereunda nobis sunt. Coelesti Providentiæ sic placuit, ut SAXONIA ELE-

ELECTORALIS cum provinciis regionibusque suis (circulatorum nomine famigeratis,) per tres supra LXXX. Annos, à Germanicæ libertatis & Orthodoxiæ Evangelicæ *Restauratore Proavo, ab Avo, pietatis, pacis, sapientiæq; amantissimo ac Magnificentissimo*, à Patre *Patriæ fortissimo & communi defensore*, à Filio, qui πολλῶν ἀρετῶν ἕνεκα, variâ fortunâ quidem, sed ut plurimum propitiâ, gubernaretur. Traxerat id nomen à Materno Avo, *Electore Brandenburgico*, ex Matre maxima SOPHIA, optimus idemque maximus JOH. GEORGIUS I. ante seculi excessum. Unus cum imperio diutiùs Elector præfuit his terris, per XLV. Annos, quàm tres successores reliqui: solertiam factorum nota! *Proavus* per XLV. Avus per XXIV. Parens ultra XI. sed vix per biennium septemq; menses Filius Augustus Ἄπαις. Dic, si potes, causam! nomina & omina fatalia mirare potius! JOHANN-GEORGIORUM hæc Periodus & Epocha, per nos, vocetur.

§. V. Nunc FRIDERICOS, SAXONES AUGUSTOS exhibebimus compendiosè, juxta rerum ominosam seriem. Ex *Albertina* quidem linea migrabimus ad *Ernestinam* simul, propter *Fridericum Sapientem*, Magnanimum JOH. FRIDERICUM, & FRIDERICUM WILHELMUM,

B

Ele-



Electoralis axiomatis vicarium Administratorem,
 & Tutorem Filiorum Augustalium, interq̄ve hos,
 JOH. GEORGI Primi; nec tamen ad antiquio-
 res illos *FRIDERICOS*, *Brene* Comites, in lon-
 giora retrò secula exspatiabimur. Initium à *Fri-*
derico Forti, sive *Animoso*, cum *admorsâ* genâ,
 faciemus, ἀξιωματικόνευντα illius & fatalia obser-
 vaturi; hinc per *FRIDERICUM Serium*, *Proavum*,
Fridericum Strenuum, ad *Fridericum* Bellico-
 sum, *Fridericum Placidum*, *Fridericum Sapien-*
tem, *Job. Fridericum*, antea laudatum, nomine
Constantis & Magnanimi, progrediemur; nihil ferè,
 præter omina, & alia memorabilia, securi de hi-
 storico contextu, allaturi.

§. VI. Super omnia Saxonica miramur Do-
 mûs omina. Res propior miraculo, nec hætenùs
 Historici Politiciq̄ve nobis evolverunt causas. A
Thimonis & Conradi Marchionum *Misnia*, *VVetbi-*
ni Comitum, temporibus, accessiones Domui
Augustæ Saxonum memorabiles sunt factæ. Impe-
 ratricis *Rixæ*, consanguineæ nimirum, beneficio
Conradus Misnensem, atq̄ve *Rochlicensem* Comi-
 tatum non obtinuit duntaxat à *Lothario*, sed &
 confirmatum recognovit à *Conrado* III. Cæsare,
 An. 1143. de quo mox plura, in *Rochlicii* delineatio-
 ne, referemus. Jam hæc observamus: **Dasß die**
 1561.

1861. Posterität *Tbimonis*, und *Conradi* mehrens-
 theils in hundert Jahren ihrer Herrschafft
 und Gewalt/ an Land und Leuthen Vermeh-
 rung gehabt. Als da sie An. 1127. zur Marg-
 graffschafft Meissen gelanget/ haben sie gleich
 hundert Jahre hernach/ An. 1227. die An-
 wart auf Pfalz-Sachsen/ und die Landgraf-
 schafft Thüringen erlangt; Und etwan hun-
 dert Jahre/ oder was mehr hierauf/ das grös-
 se Theil des Pflitzer/ oder Osterlands/ item
 ein Stücke am Fränckischen Gebürge und
 Voigtland; (Gegen und Seitwärts Hof/)
 Hernacher widerumb umbs Jahr 1427.
 das Herzogthumb und Thur-Sachsen/ samt
 angehörigen Landschaften; ferner über ohn-
 gefehr hundert Jahre/ die Edle Zugabe/ das
 heilige reine Evangelium/ und überaus reich-
 schüttende Bergwercke; endlich wider über
 hundert Jahre/ die Ober- und Unter-Marg-
 graffschafft Lausitz/ &c. Gott weiß am be-
 sten/ was binnen ebl. 30. Jahren/ zu vieler tau-
 send Menschen Verwunderung/ sich wider-
 umb dißfalls eräugen möchte?

§. VII. De *Conradi* Marchionis fato, & *Roch-
 licensis* Comitatus antiquissimi accessione, pauca
 memorabimus, notatu haud indigna. *Rochlizen-*



ses Comites sub & post *Caroli* Imperatoris *Magni*
 ævum vetustissimos, in operum Heraldicorum
 monumentis deprehendo, *Noricis* imprimis. Un-
 de hauserit, non divinaverim, in *Chronic. Albinus?*
Conjugem Fulandam duxit Comitissam *Rochlicen-*
sem Vittekindus Junior. Sed *Tit. XI. Land-Chron.*
 fol. 741. Edit. Dresd. 1589. fuisse Christianis jam
 iniciatam sacris, sine teste idem conjicit. Hoc scio,
Rochlicensem Civitatem perditam incendio, æta-
 te *Gunzelini* Marchionis, *Lebusam* relegati, eo no-
 mine, in *Marchiam*, pro memorabili rem habi-
 tam à Cæsare, A. 1011. Quid? quòd antiquitùs
 de *Rochlicensi* oppido castroqve in proverbium
 abierit hic sermo: Daß das Schloß zu Roch-
 litz stehe auf Marmelstein; der Rochlitzer
 Wald auf lauterem Gold; der Galgen aber
 daselbst auf Silber: *Mathesius* in Præf. ad *Sare-*
ptam. Chronicon Metallic. Albini docet *Tit. 3.*
 f. 24. Man habe noch zu seiner Zeit Goldför-
 ner in der Mulda gefunden/und Goldflüsschen
 um dieselbe Gegend geseiff; Und ohne das/
 sollen auch viel Molchen allda gewesen seyn/
 welches man für ein gewiß Zeichen und Nach-
 richtung zum Gold = Bergwerck hält. Am
 Gebürge aber bey dem Galgenberge habe man
 sehr oft grosse Bitterung gesehen. So sol-
 len

len auch bey dem Galgenberg / welcher anfänglich / wie *Melchior Matthaeus* (NB. in seiner Rochlitzer Chronic) schreibt / der Goldberg geheissen / viele alte Schächte / Schürff / Pingen / Stellen / zu finden seyn / & quæ sequuntur. Conf. ibid. id. Tit. 26. 21. Tit. 16. f. 124.

§. VIII Meretur locus, tempore *Henrici Sancti*, Cæsaris, nobilitatus jam tum, ut non parvi æstimanda sit memoria illius. Ferax mineralium ac metallorum solum incitare curiosos ad culturam sui posset. De squamis, ramentis, & arena Auri, (quam *Balucam* nominant *Hispani*, Goldsand) de Argenti etiam vetustioribus fodinis, nil adjiciam. Triennio superiore cum *Osfitium*, *Mügelamq;* & *Leisnizium* prætervectus proficiscerer *Fribergam*, contemplatus regionis genium, miratus sum, contemptim adeò Naturæ istiusmodi absconditos thesauros duci. Magna ibi copia non postponendi *Antimonii*, *Pharmacopolis*, *Chymicis*, *Mechanicis* quæque necessarii. Qvis *Rochlicense* marmor in vicinia ignorat? *Lipsia* splendidiora ædificia hoc maxime superbiunt. Nec quicquam monui de *Cupri* venis ditioribus; quantumvis metuantur ab incommodo aquarum sumtus. Istud addo unicum de *etymo Rochlizii*: communiter à *Latrunculorum* trium (insignia Civitatis adhuc referunt,



3. *Rochen*/lusoriosq; Elephantos signant,) nescio
 qva recordatione repetunt origines ; ut alii à co-
 loris rubicundi marmore. Sed *Rochliß* no-
 men est *Slavonicum*, fissuras notans atqve con-
 cava ; Da viel Höhen und Risse seyn ; *Albin.*
 ita, f. 162. in *Chronic. Laurentiusq; Peccenstein,*
 part. 3. *Theatr. Sax.* f. 119. seqq. Transpone literas,
 prodibit *Riß-loch*.

§. IX. E diverticulo in viam redeamus, & ad
FRIDERICOS accedamus ; posteaqvàm aliqua
 attulimus præludiorum loco. Mos probandus
 oppidò parentum ille est, dum boni ominis nunc
 gratiâ, nunc monitoris & consilarii occulti causâ,
 nunc propter facti circumstantiævè rationem,
 auspiciatiora liberis imponunt nomina. In exci-
 tatis quippe ac honestioribus ingeniis non planè
 nullos ad virtutem stimulos ministrat nominis
 egregii reminiscencia ; ut ament esse, qvales vulgò
 appellantur. Sunt & fatalia non rarò nomina im-
 posita consilio divino, vel humano. De *Hebrais*
 perorata lis, in primis *Patriarchis* & fidelibus Hinc
 ominosa nomina *Adami, Eva, Seth, Enoch, Noab,*
Pbalecb, Heber, Abraham, Isaac, Jacobs, Benja-
min, Salomon, & mille alia ; in *N. Instrum.* etiam
Johannes, Jesus, ipsemet *Salvator* omnium. De
Gracis prodeant è multis pauci, *Agamemnon, Ari-*
stote-

Stoteles, Demosthenes, Themistocles, Cleantes, Aristides, Thrasibulus, Alexander &c. à Romanis Imperator sui nominis, *Augustus, Severus, Aurelius*; sic *Cicero Chrysogonum Verremque* pupugit à nomine. Quam in rem plura dudum commentati sumus ad *Themistocl. Corn. Nepot.* Veteres *Germani* nostri & progenitores curiosi admodum in impositione nominum fuerunt, postquam Christiani facti sunt.

§. X. *Gotthorum, Suevorum, Francorum, Saxonumq;* gloriosæ ac victrices nationes, propriam hanc quasi consuetudinem duxerunt; ut imprimis Reges, Principes, Comites, Nobiles & opulentiores ominosa suis nomina tribuerent, à *Deo, pace, opibus, virtutibus, amore, corde*, rarius à vitiis inauspicata. Inde *Dieterici, & Theodorici*, i. e. *Gottreich; Diet, Theut, Theod, Thiod, Deum, Ric* autem notat divitem. Hinc *Godofredi & Gottfridi*; qui in Deo acquiescunt. Veluti *Sigfridi & Seyfridi*, pacem & victoriam amantes; *VVinfriidi* ac *VVolfriidi*, inter pocula pacifici, benè contenti. His oppositi *Hunfridi*, pacem à pernati, *Stöhrenfriede*; ab antiquo *Hohn/ & hōhnen/hunen*; unde *Hohn/hōhnisch/verhōhnen*; sicut *Hunimundus, Hohnmund*. Obiter hic observamus, nec ab *Hunnis* populis ferocibus ac barbaris,

Sibod

scio
co-
no-
con-
bin.
ein,
ras,
& ad
qua,
ndus
nunc
usâ,
em,
exci-
lanè
minis
ulgò
a im-
brais
Hinc
Noab,
enja-
etiam
De
, Ari-
stote-

baris, & inhonesta dictu voce, sed à custodia famelicorum canum tractam ignominiosam Germanorum vocem *H. B.* &c. quasi tu injuriosè aliquem appelles *Hundevoigt*. *Voyt*, unde *Voyt*, *Bogt* Advocatum, justitiæ præfectum, & patronum notat *Slavis*. Inde *Boigt* / aut *Bogtland* / (quòd per Imperii Præfectos regeretur tunc,) & *Vogtburgum* ad *Danubii* ripam, & *Palatinat*. Super, castrum, in limitibus *Bavaria*: nec à *Græcor.* *Βονδεϊν* auxiliando; ut in opere de Gent. migrationib. l. 7. f. 284. *VVolfsg.* *Lazius* affirmat. *Custos*, & *præfectus canū* ignominiosè *Joab* dicitur ex opinione, 2. Sam. 3, 8. A *Corde* plurimi denominati; *Herb* autem *hard* / & *hart* / pronunciare *Saxones* solebant. Inde *Leonhard*, *Wolfhard*, *Bernhard*, *Eberhard*, *Gotthard*, *Gerhard*, &c. Non à *genere*, multò minùs à *duritie*; quis enim sensus prodeat? Sed qui corde animove præditus est *Leonino*, *Lupino*, *Ursino*, *Aprugno*, divino, & cordato. Pertinent huc illa quoque, *Liebbard*, corculum amatum, *Reichart*, *Anglis* *Richart*, dives corculum, *Reinbard*, puritatis & candoris studiosum, *Nithard*, cor invidiosum, *Engelbard*, cor Angelicum, *Burchard*, instar arcis, *Eckbard*, cor immobile. Sicut *Adalulphus Langobardis* nobile auxilium, *Adelhülff* signabat; pro quo nostri hodiè

hodiè *Adolpbum* i. e. auxiliantem vel juvantem patrem nominant contractè. *Atta, Ada, Ado* enim Patrem *Gothis*, & veteribus *Germanis* denotabat. Magna plurimorum nomina ab opibus. Ut *Alaricus* *πομπλέσιος*, *Ulreich* / *Albalaricus*, pater omnium divesq; *Ardaricus*, dives terræ, *Ansericus*, potens opum, *Baldricus*, citò dives, *Ericus*, quasi *Ehrenreich* / contractè *Erich* / *Emericus*, αείπλος, velut *Zimmerreich* / *Fridericus*, mox seorsum explicabitur : *Gansericus* totus opulentus, *Heinricus* domi suæ dives, *Hildericus* atq; *Huldericus*, gratiâ & favore pollens, *Svedericus*, i. e. laboriosus, *Schweißreich* / à *Gotthorum* voce *Sved*, sudore ; unde *Svedi*, *Svetici*, & *Schweiger*; *Sundricus*, *Sinnreich* / *Ulricus* idem, quod *Huldricus* ; & quis singula enumeret ?

§. X. *Friderici* nomen diligentius excutiemus. Ab *Eporedorige Aduo*, (qui summo natus loco adolescens, cū *Viridomaro* contendens acriter de principatu, memoratur sæpius à *Cesare*, de bell. *Gallico*, in primis lib. 7.) deducit *Hotomannus* commentator in animadversionibus, cum *Glareano*; literis deceptus radicalibus, quibusdam tamen immutatis. Consonantes si respicias, p r d r c vel g & s (unde *Fridericus* quasi prodeat) occurrunt in *Eporedorige* : quæ postrema geminas includit, c. vel g.

C

& s.



& s. Non equidem abnuimus, corrupta *Germanorum* à *Romanis* nomina fuisse passim; ut *Ariovisti*, *Ehrenvest* / *Arminii*, *Herman* / *Marabodui*, *Marbude*. Sic à *Cesare*, *Tacito*, *Svetonio*, *Paterculo* pronunciantur malè. Quemadmodum ap. eundem (*Cesarem* de B.G.) *Cingentorix*, *Vercingentorix*, *Dumnorix*, *Abiorix*, *Litavicus*, (pro *Ludovicus*) *Orgetorix*, *Viridorix*. *Rix* enim *Latinorum*, à *Ricus* *Rich* vel *Reich* / priorum terminatione ap. veteres *Germanos* nominum dependet. Sed hoc modo *Viridorix* potius (qui 3. de B.G. laudatur *Unillorum* Dux,) vocari *Fridericus* mereatur. Elidatur I. & X. in *ics* pro more, resolvatur, apparebit *Vridorix*. Sed quid ad nostram *Cesar Julius* vernaculam? Hæc vocem antiquissimam *Friderici* *Gotbis* debet, componentibus *ex pace*, *Friede* / atque *Rege*, sive *Regno*. Erit ergo *Fridericus*, pacis pollens Rex, aut gubernator.

§. XI. Jam ad *Fridericos Saxonum* Augustiores accedamus Principes. Ut *VVittekindos* taceam, non quidem plurimi *HEROES* desunt alii, in *Ottonibus*, *Brunonibus*, *Eckartis*, & *Albertis*; sed, si excipias *Conradum* M. plures simul numerati horum, non æquabunt illustrissima *FRIDERICORUM* ominosa *Fata*. *Conradi* mentionem ante feci-

fecimus ; nec tamen præterire facile debemus , à *VVettinensis* Marchionis hujus tempore amplissimas accessiones Misnicis his terris factas. Außer dem/daß Dresden selbst nun fast 500. Jahr beym Hochlöbl. Chur- und Fürstl. Hauß Sachsen / von dieses Herrn Zeit an / bisher gewesen ; so war Marggraff *CONRAD* ein so mächtiger Fürst damals / daß Er von der Sala an / bis an die Meisse / in Ober- & Lausitz / so für Görlitz fleust / regierte. *Albin. Chron. Misn. c. 15. Ant. Becke Chron. Dresd. f. 103. Fabricius sic canit ;*

*Extulit ergo soli fines spaciumq, feracis,
A Nissa lentam dives ad usq, Salam.*

Suprà indicatum etiam, *Rochliziensi* Comitatu, *Rixa* beneficio, à Cæsare *Conrado III.* cumulatum hunc *Conradum*, confirmatione factâ, esse.

§. XII. *Salvus Fridericus* sit, præ cæteris, *Animosus*, filius *Degeneris Alberti*, cum ad morsâ *gena*, quam signavit illi, tesserâ amoris, valedicens osculo infelix Mater *Margaretha*, filia Imperatoris *Friderici II.* fugitiva, sed divinitus servata. Hic ut natus Anno 1258. denatus Anno 1326. Aprilis Mense traditur, periculis expositus immensis est & bellis, odio paterno ac fraterno excitatis. Audiamus testimonium *Albini*, Tit. XX. Chron. Misn. Nicht allzulang hernach ist auch eine bittere Uneinigkeit entstanden zwischen diesem Landgraffen *Albrecht-*

ten / und seinen 2. Söhnen / Friderich / dem Freudigen /
und Tietzmann / (Lipsiæ occiso, per sicarium, in Tem-
plo) daraus auch endlich ein scheußlicher und langwih-
riger Krieg gewachsen / im Jahr 1290. Volens, quæ
seqvuntur ibi, taceo de conjugis & concubinæ
statu. *Friderici Animosi* hujus gesta, omina, &
fatalia complexus carmine compendioso est
Georgius Fabricius Volum. Illustr. March. Misn.
l. 1. in illius vita :

*Misniaca genti suus es, Friderice, Camillus;
Libertas almis reddita pulchra tuis.*

*In cunis placido servaris Numine, cum te
Deserit admorsâ mater amica genâ.*

*Nec minùs infensi fugisti vincula Patris,
Ascaniaq; Ducum (*) Casareosq; dolos.
Non meditata tuo capiti nocuere venena,
Impiaq; à collo sica repulsa tuo.*

(*) Adolph.
Nassov.

*Differtur terras Friderici fama per omnes,
Notus & externis cœperat esse plagis.*

(†)
Chemnitz.

*Hinc capis, exstruxit quam Rex Lotharius (†)
urbem,*

(**) Alten-
burg.

*Quæq; suum veteri (**) nomen ab Arce
tenet.*

*Mox sentit populosa tuas Erfordia vires,
Quæ pulsata acie terq; quaterq; tuâ.*

Ex.

*Expellit totâ porrò regione latrones ;
 Creverat illorum, bella per ipsa, furor.
 Hostibus ipse suis terror, sed cura suorum,
 Ac patriæ fido notus amore parens.*

§. XIII. A Patre Animoso Gravem tendi-
 mus ad *Fridericum* Filium, *Serium* vocatum,
 aliàs, & *macilentum*. Hic ut conjugem *Mech-
 tildem* duxit, *Ludovici Bavari*, Imperatoris fili-
 am, sic Anno 1347. *Rex Romanorum* ab Imperii
 Ordinibus petitus atque designatus, sed honoris
 hujus onus graviter est deprecatus. *Orlamunde*
 Comitem redegit in obsequium, amplissimum
 illius Comitatum subigens; de quo Poëta *Nive-
 montius* :

*Non virtute minor Proavis, nec robore & ar-
 mis,*

Romanum est Princeps lectus ad Imperium.

* * *

Pectore Casareos excelsò sprevit honores,

Quos favor, & virtus cognita sæpè dedit.

In exiguo corpore ingens spiritus hospitabatur ;
 res enim magnas gessit. *Friderich der Ernste*
 (verba sunt *Albini*, *Chronic. Misn. Tit. 15.*) hat die
 Stadt un̄ halbe Herrschafft *Salza* in *Thüringen* an sich
 bracht im Jahr 1346. welche er von den Bebründern/
 Herren von *Salza* erkauft. Wie dieser Herz die Graff-
 schafft *Orlamünde* vollend an sich gebracht / ist neulich
 gesagt

gesagt worden : Nämlich daß Graff Herman von
 Marggraff Friderich / wegen seines Hochmuths / als
 ler seiner Güter beraubet worden. Andere Genea-
 logici schreiben diesem Friderico ferner auch zu / daß
 er Weymar in seine Gewalt gebracht ; wie Dorn-
 berg / Kala / und andere mehr. Auch ist unter ihm
 ein Anfang gemacht worden / daß die Herrschafft Cos-
 burg in Francken an unsere Landes Fürsten kommen.
Schwarzburgensem porrò & Stolbergæ Comites
rebelles vicit. De quo argumento noster cecinit
Fabricius in vit. Friderici II. ordine diverso ;

Güntheri Nigri cognomina montis habentem

Cepit, Et est sedes passus habere patris.

Cum prece Vinario tendenti supplice dextram,

Eripit id tantum, quod lavat Orla, solum.

Viribus audacter nimium Stolbergius usus,

Perdidit ultori casus ab ense caput.

Evertit validis latronum viribus arces

Unstruti ad ripas, Salaq; lenta tuas.

§. XIV. Fata indies majores Fridericis Mar-
 chionibus successus adstruebant. *Strenuum pro-*
fecto re ac nomine se gessit Gravis filius. De hoc
elogium id fuit:

Hostibus baud tergo, forti sed pectore notus,

Multa domi fecit fortia, multa foris.

Sæpè jam laudatus cecinit in Marchionibus *Fa-*
bricius:

Ipsè

*Ipsè domi Russum Plaviensem, bella moventem,
De patriis victum cedere cogit agris.*

*Hermundurorum veteres subiere Narisci,
Vixerat illa diu libera turba, jugum.*

*Cattorum superat fisum virtute Tribocum,
Fulda tuas, celebrat qui sacra, propter
aquas,*

*Hermannumq; animis Beichlingum vana tu-
mentem,*

Efficit officii mox meminisse sui.

*Saxoniam magnis ingressus viribus, arces
Brunsvigi ferro vastat & igne Ducis;*

*Cingitur infestis posthac Erfordia signis,
Quæ studuit rebus præsul, Adolphe, tuis.*

*Auget opes partas Fridericus, comparat agros,
Dum Sangerhusi pingvia rura soli,*

*Accipit à Soceri montanum morte Coburgum:
Francica Misnensi subdita terra Duce.*

Causam exprimit *Albinus*: Friderich der Gestrenge hat mit seinem Gemahl Catharina / einer Gräffin von Henneberg / die Herrschafft / oder Nimb Coburg / mit acht andern Städten und etlichen Schlössern / auf dem Fränckischen Gebürge zur Mitgift bekommen.

Strenuo debetur illa quoque *Friderico* gloria, quòd prædonibus ejectis publicam Thuringiæ securitatem reddidit, *Eckardisbergâ, Freiburgo & Dorn-*

Ipsè

*Dornburgo ad Salam expugnatis arcibus insidiosis,
Naub=Schlösser.*

§. XV. Longè patentissimus historiarum,
aperitur campus eqvidem in *Friderico Bel-
licoso*; sed nos potiora, & ad ominosam rerum
seriem spectantia, compendiosè referemus. Quo-
tusvisque etenim Scriptorum non exultat &
exuberat lætissimè in gestis *Friderici Bellicosi*
exponendis? post multos alios, i. e. *Fabric. Albin.*
Peccensteinium, Cbytraum, Cranziun, Dresserum,
Crausum, Spangenbergerum, Baltbasar in primis
*Menciis, Ludovicus Persona, Hortlederus, Strau-
chius,* & similes merentur legi. Generatim de
hoc cecinit Poëta patrius:

*FRIDRICO haud melior bello, & velocior alter
In tota rerum conditione fuit.*

Primus, Ducibus Septemvirali eminentiâ insi-
gnibus extinctis *Anbaltinis*, hic Electoralem en-
sem suæ intulit familiæ. Quo titulo? præclaris
de Imperio ac Imperatore meritis; tametsi præ-
ter rem & veritatem, nudo emptionis titulo, id fa-
ctum esse crimentur animi maligniores. *Bellico-
sus* (ut à nomine ordiamur,) salutatus est, non
tantum propter Martialem genium, aut aptitu-
dinem pugnandi, & velocitatem; sed à fortitu-
dine,

dine & potentiâ inprimis, i. e. *πολεμιστής, πολέμονογίτωρ*, qui excellentissimè præpollet bello. Ad quem sensum *Ennius Æacidas* bellipotentes ap. *Tullium* 2. divination. dixit; sicuti *Cornelius Mamercum* Ducem in *Timoleontis* vita, alibiqve idem *Nepos bellicosas* nationes in *Hannibale*, gentes *bellicosissimas* in vita *Hamilcaris* vocavit. *Anglis valiant man at arms*, Latinis *Heros in sago* dicitur nervosius. Ab ipsa verò statim pueritiâ initiatus castris, *principaliter* in scholis eruditus Martiis; adultus constantissimam, tumultibus ac bellis velocissimè conficiendis, operam navavit. Nec domi aliter, ac foris res prudenter fortiterq; rexit; fato natus veluti ac datus bellis felicissimè gerendis. Sic in Germania adversus Comites potentiores aliquot *Thuringia*, sic in *Hungaria*, *Böhemia*, *Borussia* (& ubi non?) præclarè stetit.

§. XVI, Res ardua, collatio Electoralis dignitatis, atqve, propter actus necessarios antecedentium & consequentium, unius anni non est. Nemo igitur mirari debet, cur in Anno varient tantoperè Scriptores celeberrimi, ab *Habnio* eruditissimo laudati, cùm proponeret Electoratum *FridERICI Bellicosi* publicè, in not. ad §. Dissert. suæ IX. Etsi enim in Diplomate inaugurationis Annus allegetur M. CCCC, XXV, fatendum ta-

D

men;



men, anno præcedente jam collatum esse axio-
 ma, Tabularum gestarumque rerum fide con-
 stat, nec injuriam illatam *Saxo-Lauenburgicis*
 fuisse Ducibus, inauguratione hæc *Saxonica, Ele-*
ctorali & Ducali; (ut *Albertus Cranzius*, addictus
 partibus, historicè non scripsit,) neque emptionis
 jure comparatum *Vettinensibus* Comitibus, duo-
 bus Principatibus, Landgraviatu scilicet *Tburin-*
gico, nec non Marchionatu *Misnico* fundatum, ti-
 tulum Ducalem & Electoralem esse. Momen-
 tum geminum hoc grave graviter descripsit, eâ
 quidem parte, *Georg. Spalatin. Chronic. de orig.*
Sax. c. 2. atque *Melchior Goldastus* Tom. 3. *Impe-*
rialium Constitut. f. 441. hæc verò, *Strauchius* *Juris-*
simus Controv. Illust. Dissert. XI. §. III. conf. Ludo-
vic. Person. in Orat. de Witteberg. Reiner. Reinecc.
exposit. de prim. Misn. Marchion. ad Ditmarî
Chronic.

§. XVII. Quamquam autem plenè obti-
 nuerit legaliterque jus Imperatoris eligendi *Fri-*
dericus Bellicos. scriptione tamen Electoris titu-
 lo abstinuit, exemplo aliorum; ne occasionem
 reliquorum contradictioni Principum præberet;
 maximè recenti adhuc dignitate. Ut erraverit
 propterea *Goldastus*, quando in *Polit. Constit.*
Alberto II. plenum *Archi-Mareschalli*, atque Ele-
 ctoris

etoris nomina adscribit; cum nec ævi ejus stylus ferat; nec confecta ab *Ascaniis* Diplomata evincant. Adeo nec *Fridericus Bellic.* nec ipsius filius *Placidus* gaudebat Electorum titulo; contentus, scribere se *Sacr. Imp. Archi-Mareschallum*; donec ab *Ernesto* utraqve redigeretur in scripturam dignitas. Quam in rem eruditè commentatus est, post Celeberr. *Schurzfleischi* nostrum, notis ad *Albert. Animos.* vitam, & de Vitricis Ecclesiæ, insigni Dissertatione Dn. *Job. Georg. Habnii.*

§. XVIII. Hic ille *Lipsiensis* Academiae, ex *Pragensi* dissipatione, Anno M. CCCC. IX. fatalis Conditor, egregiis in toga etiam præclarè gestis gloriosum nomen induit familiae Saxonicae Augustiori. Memoretur, si nil esset aliud, ipsius fama ad perpetuam posteritatem. Addimus felicem *Leuchtenburgensis* arcis atqve ditionis, sicuti & *Hobensteinensis* vindicationem; de qua utraqve videatur in *Misn. Chronic. Albinus* tit. XV. Septemvirali axiomati non diu tamen supervixit, cum mœrore animi acceleratum fortè fatum sit; quòd à *Bohemis* insolentibus, ad *Austiam*, (*Aussig* /) suorum stragem, se interea absente, percipisset redux, Anno 1426. secundum *Peccensteinium, Fabricium, & Faustum*; qui postremus



Frid. Bellic, vitam studiosius descripsit. In dieser Schlacht vor *Muffigk* (verba sunt *Albini Chron.* tit. XVI.) sind über 7000. auf beyden Theilen erschlagen worden; Zu welcher Zeit / wenn der Hochlöbl. Landes Fürst daheim gewesen / ohne Zweifel nicht so großer Schaden in *Meissen* geschehen wäre. In dieser Schlacht sollen umbkommen seyn viel Grafen / Herren / auch sonst viel redlicher Leute; Als sonderlich Graf *Ernst von Gleichen* / und sein Vetter / Graf *Friedrich von Thonau* / Graf *Proß von Qverffurth* / Graf *Friedrich von Reichlingen*; Item ein Graf von *Baraby* / einer von *Helldrungen* / sambt andern Grafen mehr / derer 12. sollen gewesen seyn; Neben welchen auch 10. Freyherrn / darunter sonderlich einer von *Donin*, einer von *Gera* / einer von *Falckenstein* / einer von *Graiß* / ohne die Edelleuth; unter welchen sehr viel *Meißnische* / &c. Vides, quantam publici mœroris causam, Fati præviam, habuerit divinus Princeps. Sepultus est non *Altenburgi*, ut Historici Saxonici nobiliores tradunt; neque *Reinhartsbornii*, ut *Richterius* credidit: sed in *Misenensis* Templi Cathedralis *Capella Ducum*; quam Serenissimus ELECT. JOH. GEORG. II. An. clb lbc LXIX. curavit renovari.

§. XIX. Succedit *Fridericus Placidus*, qui V. numerari quoque solet, *Bellicosi* filius, ex *Margaretha* Austriaca prognatus; moribus vitaque mitis adeò, ut credere non posset, minas atrocissimas

sumas *Conradi Rauffungensis* locum habituras unquam, aut effectum. Eò consul. *Albin. Chron. Misn. Tit. XXI.* ubi ordine *Kauffungiani* plagii historiam prolixius recenset. Multa de famigerato facto hoc ex tabulis, nec non *Archivis VVeckins* in *Chron. Dresd. f. 119. seq.* enumerat; ut certus inde possis esse, vana illa pleraque gravamina *Kauffungiana*, cui in tantum nefas cum complicibus consenserit, fuisse. Digna memoratu verba sunt Historici, laudati sæpius, citato titulo: Weil auf denen 2. Fürsten (ERNESTO & ALBERTO, Ducibus SAX.) der ganze Stamm beruhete/ und derselbe also auf einmal hätte können ausgerottet werden/ ist ein groß Freuden. Fest gehalten / und in allen Kirchen öffentlich Dancsagung gethan worden. Aus welcher hohen Gefahr sie zuvorderst Gott der Allmächtige / welcher noch etwas sonderliches und hohes durch dieses alte und hochlöbl. Geschlecht austrichten wollen/ errettet. Solent multi plurima omittere, quæ *Placidus* cum laude ac felicitate gessit. Anno 1440. *Fridericus*, Filius *Balthasaris* obiit; provincias illius occupavit Noster. Anno 1445. divisione inter fratres Duces, de Provinciis, susceptâ, grave bellum ortum intestinum, *Friderici III.* Imperatoris interscinditur auctoritate. Inter carmina *Lotichii Secundi*, quæ pro elogiis Familiæ *Saxonice* composuit, & illud est de *Friderico Placido*:

D 3

Pro.

dieser
n. tit.
lagen
Lan-
groß
dieser
eren/
Braf
drich
Braf
Barr
rasen
lchen
von
einer
viel
oris
eps.
nici
ut
Ca-
nus
XIX.
qui
Mar-
ve
ocif-
mas



*Proximus Arctoi spoliis Aquilonis onustus,
Imposuit leges domito Fridericus Havelo.*

Sepultus in Capella Ducum Misnenſi, Lipsiæ de-
cessit Anno 1464.

§. XX. A *Friderico Placido* descendunt,
per *Albertum* primogenitum, nec non *Ernestum*,
filiorum alterum, lineæ Principales duæ, *Albertina*
atqve *Ernestina*; qva in re solertiam Fatorum ob-
servamus. Generavit eqvidem *Albertus* Filios,
Henricum Pium, & *Georgium*, *Saxonia* Duces:
Ipse tamen Anno ineuntis seculi 1500. defunctus,
ad Electoralem eminentiam non adspiravit vivens.
Itaqve hæc, Patre mortuo, pervenit ad *Ernestum*;
ab hoc ad Filium *Fridericum III. Sapientem*, ex
Septemvirali dignitate, in ordine Marchionum
Misnia, VI. (qvo de ominosa multa memorabi-
mus,) & *Johannem*, Fratrem ejus, *Animosum*; ab
hoc ad *Johannem Fridericum*, *Constantem* & *Ma-
gnanimum*. Sic qvatuor è collateralis *Ernestina* linea,
Septemviri Imperii ac Archi-Mareschalli, usqve
ad *Mauritium*, ex *Albertina* linea, à *Carolo* ele-
ctum V. Ab hoc, usqve ad Fortissimum FRI-
DERICUM AUGUSTUM nostrum (qvem Cle-
mentia divina diutissimè felicem & beandum pro-
le masculâ frequenti servet!) IX. Electores, ordine
non interrupto successerunt. Jam ut promissorum
memo-

memores fatalia enumeremus *Friderici Sapientis*,
delibabimus præcipua, ad *Ernestinam* redituri
stirpem. Anno 1486. *Ernestus* obiit Elector, cui
Filius successit *Fridericus Sapiens*.

§. XXI. Hic ab amore Sapientiae divinæ hu-
manæque, gloriosis item, ad memoriam peren-
nem, gestis, non communi tantum Ordinum,
inprimis etiam eruditorum, sed & *Cæsaris* &
Principum Imperii confessione, SAPIENTIS
nomen reportavit. Scriptor quoque exterus *Tbua-*
nus, re ac nomine *Augustus*, in Historiar. I. scri-
psit: *Sapientis elogio posteritate commendatum*
esse. Amplior laudi cumulus accedit, si dixerim-
us, à *Maximiliano I.* tanti *Fridericum* habitum
fuisse, ut existimaret, *dignum illum, cui Rectoris*
Imperii concederetur munus. Pretium facturi si-
mus operæ, si locum peregregium *Albini* non
mutatis exponamus verbis, (quoniam Diplomata
respiciunt, & monumenta alia) ex Chronico Mis-
nens. tit. 18. **S**hur Fürst Friedrich der III.
den man den Weisen genennet / ist bey Leben Kaysers
Maximiliani des Reichs Gubernator gewesen / welches
denn klärlich aus denen Münzen / und andern Inscri-
ptionibus zu sehen / da Er Locum-tenens Imperii ge-
nennet wird. Nach desselben Kaysers Abschied / hat
Er die Kaysersliche Cron / welche Ihm von allen Für-
sten und Reichs-Ständen einhellig gegönnet / und über-
bers

berantwortet worden / gleich als von seinem eigenen
 Haupt genossen / und wegen seines hohen Alters und
 Schwachheit / Kaysers Carlen dem V. aufgesetzt / wel-
 ches von Ihm aus keinem Ehr-Geiz / oder ander Affe-
 cten / sondern aus weisem Rath / und sonderlichen ho-
 hen Bedencken geschehen / als welchem des Reichs Zus-
 stand dazumal am besten bewußt / und was demselbi-
 gem vonnöthen / gesehen / dieweil Er die Zeit seines Le-
 bens / wie man nach seinem Tode gezählet / auf XXX.
 Reichs- und andern Tügen / da man wegen des Reichs
 zusammen kommen / gewesen / unter denen dreien Kay-
 sern / Friderico II. Maximiliano I. und Carolo V. den
 Titul Locum-tenentis Imperii, hat ihm Kaysers Carl
 auch bis an sein Ende gegönnet.

§. XXII. Huc equidem, quid sit Imperii Lo-
 cumtenens? non pertinet expendere; signandum
 tamen breviter, elogium Teutonicum hoc reperi-
 ri: **Römischer Königlich Majestät / und
 desselben Reichs Stadthalter = General.** Illud
 etiam in Tabulis occurrit publicis: **Kays. Maj.
 Obrister Rath;** quod sine Sapien-
 tiae incomparabilis conceptu cogitari nequit, aut intelligi. *In-
 nocentius VIII.* Pontifex haud dubitavit **MANUM
 DEXTERAM IMPERII Johannem Sapientem**
 appellare. Auctoritati adhuc Pontificiae obnoxius
Lutherus, Principem non alium fuisse statuit, quem
 pietate ac benignitate illi oportuerit praeferrere: teste
Balt. Mencia de Orig. Sax. in *Frid.* III. Si plura quis
 desi-

desideret, *Philipp.* ille consulat *Melancht.* 2. De-
clamat. Tom. in Orat. pro ipso hab. *Laurentiumq;*
Faustum de Sax. Elect. è quibus talia collegit stu-
diosissimus Saxoniar. rer. *Habnius*, in *Frider. Sap.*
Sapientiam hanc dono numerare potuit fatali
Noster, dum non modò tribus vicibus Inter-Rex,
seu Imperii Vicarius extiterat, provisione accura-
tâ promovens Imperii salutem & securitatem; sed
XXX. insuper Comitibus & Principum diætis aliis
cum admiratione omnium interfuit.

§. XXIII. Erant in *Friderico* cum *Virtutes*
multa alia magnaque, (verba sunt *Joh. Truten-*
balii, Jcti, in Orat. de hoc Electore,) tum *pruden-*
tia, quam literis & colloquiis alebat *Sapientum*;
justitia, amor veritatis, fides in pactis, constantia
in bonis sententiis, beneficia, tum verò etiam sin-
gularis moderatio & *Comitas*; qualem in *Laelio* &
in *Augusto* predicant. Svavissimus regnandi bo-
lus quem non inescare possit? *Desiderius Erasmus*
ad *Episcopum Roffensem* tamen lib. 13. Epistolar.
scripsit: *Dux Saxonie Fridericus*, ab omnibus de-
latum Imperium ingenti animo recusavit, idq; pri-
diè, quam *Carolus* eligeretur; cui nunquam con-
tigisset, Imperii titulus, nisi *Fridericus* depreca-
tus esset, clarior honore contempto, quam fuisset,
adepto. Ad fatalia id quoque referendum, quòd

E

reli.

enen
und
wel
Affe-
n ho
Sus
selbi
es Leo
XX.
Reichs
Rån.
7. den
Carl

i Lo-
dum
peri-
und
Illud
Raj.
mpa-
In-
LIM
em
oxius
vem
teste
qvis
desi-



religionis gratiã cum Avunculo, *Christophoro, Bavariae* Duce in *Palestinam* profectus, è periculo vitæ præsentissimo liberatus, cum extingveretur comes alter, fuerit. Cum autem avidissimo doctrinæ, literarũ, & Latinæ lingvæ cultor esset maximus, priusquàm remotissimo itinere se accinxisset, beneficia legavit Studiosis plurima, si quid accideret humanitus, solvenda. Neque dubitaverim fatilibus annumerare, quòd incolumis ad patriam appellens, in honorem DEI, Academiam erigere, sed loco alio, quàm *VVittebergæ*, destinãrit. Commendabat *Leucorin Martini Polichius, Mellerstadiensis Francus*, primus Academiae, Octobris die XVIII. *Luce* aliàs dicato, Anno clò 10 II. fundatæ, constitutus Rector, in itinere fidissimus *Acbates*. Subridebat *Fridericus Sapiens*, quòd tantæ rei domicilium obscurum, minus videretur aptum; vates autem divinaverat *Polichius*, cum *Flecko*, fore, *ut ex hoc contempto aliqui loco Sapientiæ sint flumina in omnem late terram processura*. Ratum DEUS omen habuit; & habeat in polterum!

§ XXIV. Res est gravissimæ ut consultationis, sic & exp ditio nis, aperire fontes Academicos; unius etenim atavis cura non suscipitur in ob-
nen-



nendis lentè privilegiis, salariis & plurimis, & maximis constituendis, ædificiis Aëroateriisqve publicis, & erigendis & ornandis, ordinandis ritè studiis, ad animum & corpus pertinentibus, Stipendiis uberrimè distribuendis, Nosocomiis, Convictoriis, palæstris & carceribus adjiciendis. Viros autem Celeberrimos, fideles, graves, diligentes, accuratos ad docendum, formatos ad exempla vitæ, utiles Ecclesiæ ac Reipubl. colligere ac convocare, quanta hæc sollicitudo est? Quot inde Regionibus Regnisqve commoda accedant, malo Principali roborare testimonio, quàm verbis privatorum. Dum hoc ipso enim tempore Novemvir Potentissimus FRIDERICUS III. idemq; SAPIENS (quem diu servet Numen Orbi felicissimum!) in vicina Academia *Halensi* sollemnissimè aperienda occupatur, publicato antea Diplomate, sic censet: *Quantum boni mortalibus literarum & gravissimarum doctrinarum cultus, aut damni illarum neglectus ferat, omnium seculorum exemplis atque memoriâ proditum est. Liberalibus enim Disciplinis, atq; studiis debetur, quòd plurimæ gentes mitioribus ingeniis & cultioribus utantur moribus, & ea faciant sentiantque, quibus ad Reipublica salutem, ac stabilitatem*



tem, omneq; optimarum & praeclantissimarum re-
rum incrementum magni & praeclari fructus ad-
feruntur. &c.

§. XXV. Vitæ clausulam fatalem sapienter
obsignavit *Fridericus Sapiens* Oratione ac confes-
sione fidei heroicâ; quæ, ut est in literas relata, à
Georgio Spalatino fidelissimè collecta; ita
prostat tomo selectarum Declamation. *Witte-
tebergens.* 3. p. 98. seq. Nos quippe tendimus ad
Job. Fridericum, Constantem quidem & *Magna-
nimum*, sed tamen infelicem. Fata ejus sola erue-
mus; qui antecedentes causas volet, consulat *Histo-
riar.* lib. 18. seqq. *Sleidan.* & *Chytr.* l. 16. p. 491. In
Memorabiliis Sax. univers. l. 2. *Georgius Fabric.*
ad Ann. Chr. 1547. refert, ante captum, ab
Imperat. *Carolo*, *Jobannem Frid.* Solis lumen, per
VII. dies integros sanguineum conspectum; Ba-
silicam *Misene*, atqve arcem Principis, V. Cal.
Maj. ictu unico, ad hor. V. pomeridian. de cælo
tactam, nullo fulmine antecedente, aut sequente.
Pridiè Non. Junii exauctoratus in vicino *Witte-
bergæ* prædio Electorali, *Biesern*/Septemviratu,
translatusqve in *Mauritium*, Agnatum, Cæleri a-
micum, hic, solemnî ceremoniâ sequenti anno
in Comitiiis *Augustan.* confirmatus. Cùm capti-
vus

vus in durissimas quantumvis concessisset leges victus, vinci tamen hâc non potuit, ut acquiesceret: Daß er alles / was das Concilium, oder der Kays- ser / der Religion halber würden setzen und ordnen / sollte annehmen. *Sleid. l. 19.* Custodiâ tandem liberatus post quinquennium, tranquillè obiit *Vinmaria V. Non. Mart. A. 1554. undecimo, post fata Conjugis beatæ, die.*

§. XXVI. Propter merita, collata in Augustiores Saxones, haud pudeat annumerare *Friedericum Guiliehmum*: qui, post excessum *Christiani I. A. 1591.* Pro Electore constitutus nomine tutorio, tam laudabiliter Provincias administrabat, ut par illi gratia rependi nulla posse videretur. Anno 1592. Conventu *Torgavia* indicto, de civilibus sacrisq; de Orthodoxia, cum Provincialibus Ordinibus gravissimè deliberavit. In difficili itinere peregrinantis *JOH. GEORG. I.* curam gessit vigilem, ut salvus & incolumis in patriam rediret. Ducibus Saxoniae tribus Fratibus Illustrissimis tranquillam reddidit Remp. Anno clò Ibc l. cum Princeps *CHRISTIAN. II.* Serenissimus capesseret illius gubernacula, Elogio sequenti eum *Balthasar* ornavit *Mencius* in *Historic. Narrat. de VII. Sax. Electoribus*:

E 3 Hic

*Hic Princeps celfo confanguinitatis avita,
 Annexus vincla Sceptra gerenda capit.
 Fidus Saxonica præfes qui germina Ruta,
 (Aurea Bulla velut præcipit) arte colat.
 Mox invitatu Procerum, populiq; rogatu,
 Oris Saxonie dogmata falſa fugat:
 Cùmq; Aquila Imperii Geticis premerentur ab
 armis,
 Cafareusq; ferè jam trepidaret apex;
 Urbe Ratiſſponâ Procerum conventus habetur,
 Præſente Imperii Præſide & Ordinibus.
 Hic Enſem, rutilo præfulgentem igne, ferebat
 Cafare ſacratos ingrediente lares. &c.*

§. XXVII. Ad extremum prætereire minimè debemus Fatum memorabile, quòd poſt JOHANN-GEORGIOS, Imp. Rom. Archi-Marchallos, atq; Electores laudatiſſimos divosq; ad FRIDERICUM (ò & re, & nomine!) AUGUSTUM, ſucceſſionis jure optimo delatus eſt Imperialis Enſis. Aſcenſionis CHRISTI feſto die natus, Anno clò Ibc LXX. Novemvir Sereniſſimus aſcendat felix Eminentia avitæ culmen! Imitetur Sapientiam ac Pietatem FRIDERICI Sapientis! æmuletur gloriam AUGUSTI, felicitatem utriusque! Impleatur Spiritu Juſtitiaæ Clementiaæ, Fortitudinis, & in literatos gratiaæ!

Bec-

Beetur sobole frequenti, masculâ & verè Principa-
 li! ad Imperii securitatem vigilet, triumphet
 hostes, tueatur veritatem Evangelicam
 & orthodoxam!


T. ☉ Δ.

Ad pag. 32. notetur, ex errore positum *Johannem*
Sapientem esse, pro *Friderico S.* Addatur, qui de Fato scri-
 psit singularia, *Mauritius, Comes Fliscus.* Tantum est.

Genere, Virtutibus ac Eruditione Nobilissimo,
 DN. RESPOND.

HENRICO ADOLPHO
de RABENAU, Equiti Lusatæ:

Excellentissimorum Procerum ac Patrono-
 rum tuorum nomine, qui vitæ pariter &
 studiorum rationem moderati sunt paternâ
 providentiâ, haud parùm te amare cœpi; tu
 reciproco affectu coluisti me. Compositus
 ad peregregias doctrinas capeffendas geni-
 us, conatus præstantissimè dicendi argumen-
 to fuit, talem te futurum, qualem & sperabam,
 & optabam. Valere jufferas, qui inter nos
 discidium volebant. Lætionibus & exercitiis
 nostris Oratoriis privatis, ultra VI. con-
 tinua-



QK 626

✿(40)✿

tinuatis menses, diligens adhæseras & actor,
& auditor. Cùm quidem perorares etiam
Latinè, partes sustinens Gallorum hæcenus,
tùm sæpiùs, inusitatâ parrhesiâ, eleganti
stylo, ex memoria, de Summis aliquot Prin-
cipibus, Germanicè differuisti, intra limites
musèi, cum applausu reliquorum. Quid hæc
præstiturus vice sis, dum Dissertatione Aca-
demicâ, de FRIDERICORUM, AUGU-
STORUM SAXONUM Nominibus &
Ominibus fatalibus susceptâ, specimen mo-
destæ eruditionis tuæ offers, publica loque-
tur fama.. Tibi ego gratulor animitùs, &
propter dotes tuas, Patriæ communi! stimu-
los efficacissimos Virtutum addent, ut sic
pergas, præmia & dignitates, quæ te ma-
nent; si divino Principi servitia cum fide ac
dexteritate probes. Quod ut fiat aliquan-
do, DEUM veneror propitium!

E Muséo, prid. Kal. Julias,

An. clō lōc XCIV.

G. C. KIRCHMAJERUS,

Acad. Senior.

✿(:o:)✿

170

ctor,
etiam
entus,
ganti
Prin-
mites
idhac
e Aca-
IGU-
us &
n mo-
oqve-
is, &
timu-
ut sic
e ma-
ide ac
qvan-
RUS,
tion

ULB Halle 3
004 779 797


V077





Vc
626

Q.V. x

FRID

AUC

S

Nomi

GEORC

KIB

Academ. S

IN ELEC

AUD

Ad Diem

HENR. ADC

WTTENBERGÆ,

d. Typ.


NAU,

UM,

UM

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

KODAK Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2000
Kodak
LICENSED PRODUCT
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



FRID
AUC
S
Nomi
GEORC
KIB
Academ. S
IN ELEC
AUD
Ad Diem
HENR. ADC
WTTENBERGÆ,
d. Typ.
NAU,
UM,
UM

